Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

nostre Crete contineatur quod pheudati debeant ipsam insulam manutenere, saluare, defendere et custodire contra omnem hominem et personam. Consulunt quod ordinetur quod de cetero dicte expense uel prouisiones in facto dictorum capitaneorum amplius non debeant per nostrum commune fieri neque dari, set committatur nostris rectoribus tam presentibus quam futuris quod in omnibus que eo modo possunt parsimonizentur et saluent pro opportunitatibus dicte terre.

Nº 303. Capta. Quod dehinc nulla nouitas fiat super dicto facto, set uult quod scribatur duche et consiliarijs deinde qui sunt super factis et possunt esse de ipsis plenius informati, quod tam in facto subtrahendi dictas expensas capitaneo in parte uel toto quam in omnibus alijs que comode fieri possunt, faciant et prouideant sicut sibi melius uidebitur pro utilitate et sparagno nostri communis.

37 non sincere I.

15

Fº41to Nº 415. Ἐκλογὴ σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν ζητημάτων Κρήτης, Κορώνης καὶ Γλαρέντζας. 1340, Σεπτεμβρίου 1.

16

Fº50to Nº 499. Ὁ Ἀνδρέας Κορνάρος, ἐκλεγεὶς δοὺξ Κρήτης, προκειμένου νὰ μεταβῇ εἰς Κρήτην δύναται νὰ ἐπιβῇ τῶν κατέργων τῆς Ἀδριατικῆς μετ᾽ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν. 1340, Δεκεμβρίου 29.

17

Παρέχεται δικαίωμα εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους, ὅπως εἰς καταδικασθέντας διὰ συμπλοκάς, λαθρεμπόρια κ.ἄ. ἐπιτρέπωσι νὰ ἐξαγοράζωσι τὴν ποινήν των κατὰ δόσεις, παρέχοντες ἀξιόχρεων ἐγγύησιν. Ἡ ἰσχὺς τοῦ θεσπίσματος καθωρίσθη ἐπὶ μίαν πενταετίαν. 1341, Ἰανουαρίου 9.

Fº51to Nº 509. Millesimo trecentesimo XL, die VIIII Januarij.

Capta. Quod cum multos condemnatos in insula Crete pro rixis, contrabanis uel alia de causa, quia condemnationes suas propter exiguas eorum condiciones soluere nequeunt se de insula absentare oporteat et per diuersas partes dispersos trahere uitam suam. Uadit pars quod quilibet condemnato usque ad hodiernum diem in pecunia tantum possint ducha et consiliarij eius, non obstantibus eorum commissionibus existentibus ipsis tribus in concordio, considerata qualitate personarum et delictorum ac respectando semper ad bonum et conseruationem dicte insule, facere gratiam soluendi per terminos condemnationes suas, recipiendo prius bonam plezariam de sic soluendo in terminis sibi datis. Nam per has gratias denariorum et hominum lucrum fiet. Et hec durare debeant per quinque annos et per medium annum ante finem dictorum quinque annorum ueniatur huc et fiat sicut uidebitur.

Non sincere 8—non 5—alij de parte.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ